



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. II. De Castitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

gant Paupertatem, ut Matrem, sui que victus, vestitus, & lecti rationem noverint fore, ut pauperibus accommodatam; quodque vilissima, quæ domi sunt, iis tribuentur. Equum est enim; ut cum primis Societatis Patribus, qui huiusmodi indigentiam toleraverunt, una mensura servetur ab omnibus, vel etiam ulterius quàm illi progressi sunt, posterius progrediantur. Immo suis temporibus aliquos paupertatis effectus experiri convenit; quod Superior curabit, juxta mensuram tamen sanctæ discretionis.

m P. 3. c. 1. §. 25. & V. & Ex. C. 4. §. 26.

SECTIO II.

De Castitate.

Necessitas perfecta Castitatis in Societate.

m P. 6. c. 1. §. 1.

Cl. c. 5. init.

I. Quæ ad Votum Castitatis pertinent, interpretatione non indigent; cum constet, quàm sit perfectè observanda; nempe enitendo Angelicam puritatem imitari, & corporis, & mentis nostræ munditiâ. Quod effatum S. Fundatoris satis videri poterat; sed quoniam ea quæ huic virtuti adversantur, honori Divino, Societatis existimationi, Proximorum auxilio tantoperè adversantur; ad prævertenda hæc pericula nonnulla præterea statuta sunt.

2. Quæ

2. Quæ magna in Societate præsidia sunt ad hunc finem, scilicet Sacramentorum frequentatio, conscientiæ manifestatio, defectuum alienorum delatio, oratio mentalis, duplex examen, frequens librorum spiritualium lectio, otii fuga, studiorum labor, sobrietas, pœnitentiæ, castitatis in iis, quibuscum vivimus, exemplum, aliaque mox referenda, si non negligantur, permirum est hominem labi posse. Ut ex Novitiis manifestè constat, qui licèt minùs in virtute confirmati, & sæculi pravis habitibus incitati magis tamen (quod novo suo fervore nihil prædictorum adjumentorum omittant) Divina gratia juvante, in magna puritate conservantur. p

3. Quare Superiores 1. diligentissimè provideant; ut subditi spirituales revera sint; procedantque cum omni sinceritate, & desiderio perfectionis; atque auxilia, quæ diximus, non prætermittant. 2. Amputent occasiones, quantumvis ægrè latuum subditum sentiant. Et quamvis nullum subesset periculum; attamen, vel oblocutionum causas præcidisse, permagnum est. Qui minus spirituales sunt, periculis non objiciantur; nec ad speciosa munia promoveantur; quæ caros Externis illos faciunt

Media ad illam.

pCl.c.5. §. 1. 2.

Superiorum & Confessariarum studia.

ciunt. 3. Si quid usquam accidat (quamvis id leve sit) quod minus rectum videatur; commonefaciant, corrigant, & remedium statim adhibeant. Doceanturque Confessarii, ne ex pia quadam opinione, quam habent de Nostris, venialia omnia esse ducant.

¶ Cl. c. 5. §. 3. ¶ Sciantque inter peccata reservata numerari, quicquid est contra Votum castitatis, quod quidem in actum externum prodeat.

¶ C. 5. D. 51. ¶ Interdictum etiam est Nostris, gravi præcepto, ullo modo probare opinionem admittentem in re Venerea parvitatem materiae. §

¶ C. 9. D. 24.

Custodiatur conversatio Domestica.

4. Domi non sint instrumenta rerum vanarum, ut ad ludendum, & ad Musicam, & Libri profani: nec foeminae admittantur. ¶ Huc spectant modestiae Regulae in Cod. Reg. p. 143. in quibus universè præscribitur; ut in conversatione Nostrorum appareat modestia, & humilitas conjuncta cum religiosa maturitate. ¶ Hu-

¶ P. 3. c. 1. §. 14.

L. M. & Reg.

Præp. 36. &

73. & Rect. 36.

& 71.

¶ P. 3. c. 1. §. 4.

& R. M. §. 1.

¶ R. com. 34.

¶ P. 3. c. 2. E.

R. com 12. 13.

¶ P. 3. c. 1. §. 4.

custodire. 2

5. Jam

¶ P. 3. c. 1. §. 4.

custodire. 2

5. Jam

5. Jam

5. Jam

5. Jam

5. Jam

5. Jam

5. Jam

5. Jam

5. Jam

5. Jam

5. Jam

5. Jam

5. Jam

5. Jam

5. Jam

5. Jam

5. Jam

5. Jam

§. Jam ad præcavenda pericula cum Externis. Recens promoti Sacerdotes, per duos saltem annos, ut ordinarii Operarii in Ministeriis non occupentur; atque intra hoc biennium, & post illud, antequam ad mulierum confessiones exponantur, virorum confessionibus audiendis exerceantur. ^a Et universæ Provincialis det operam; ut Confessarii maturi sint ætate, ac multò magis spiritu, & moribus; ii præsertim, qui ad audiendas mulieres mittuntur: quarum confessiones non excipiendæ, nisi ad crates, etiamsi sint puellulæ. ^b Confessionalia patentibus locis constituantur, & sic collocata, ut unus Confessarius sit quodammodo socius alterius. ^c Sacerdotes in audiendis confessionibus præcipuè fœminarum, severos potius se, quàm familiares exhibeant. Extra Confessionem verò, si oportebit eas alloqui, id fiat loco patenti; nec longum sermonem misceant; & oculos modestè demissos habeant. ^d Ut autem hæc accuratiùs executioni mandentur, immediatus Superior unà cum præfecto Ecclesiæ, Ædituo, & Syndico quopiam secreto, observent, quomodo in Ecclesia præscriptæ ordinationes servantur, & Consultores in suis literis de hoc scribent. ^e

6. At si quando extra Ecclesias cum Fæ-

R

minis Socio.

*Ministerium
Confessarii quo
pacto admini-
strandum.*

^a Or. c. 1. §. 8.
& In. 3. §. 1.

^b C. 7. D. 80 §.
11. 13. & R.
Prov. 100. &
Sac. 15. & In.
3. §. 2.

^c In. 15. c. 2.
§. 4.

^d C. 6. D. 7. &
43. & C. 7. D.
80. §. 13. & R.
Sac. 17. & In.
3. §. 3.

^e In. 3. §. 5. &
In. 15. c. 2. §. 1.
& 7.

*Fœminarum
visitationes per-
rare. & cum
Socio.*

minis agendum sit, hæc serventur. 1. Ne permittantur Nostri mulieres invisere, aut ad eas scribere, nisi in necessitate, aut cum spe magni fructus, vel propter dignitatem aut merita: & hoc quidem liceat tantum

f R. Præp. 72.
& Rect. 70. &
Or. c. 1. § 9.

Viris valdè probatis, & prudentibus. f 2. Quando quis à Superiore mittetur ad Confessiones fæminarum audiendas, vel alia de causa eas adierit; socius eo in loco erit unde videre eos, non autem audire possit, quantum loci dispositio patietur: quod si

g C. 6. D. 43. &
R. Sac. 18. &
In. 3 §. 7.

non pateretur, curet omninò Sacerdos, ne ostium sit clausum, nec locus obscurus. g

h R. Coad. 5. &
Or. c. 4. §. 3. &
In. 15. §. ultim.

Immò in quorumcumque visitationibus, etiam virorum, conentur omnes socium sui testem habere; nisi Personæ dignitas aliud velit. h

Qui non admittunt Socium deferendi, & puniendi.

7. Ac proinde qui socii munere funguntur, sciant se arctissimè teneri, ubi domum redierint, Superiori, etiam non exposcenti, significare, quæcumque contra hanc ordinationem acciderint. Quod nisi præstiterint, gravem pœnitentiam subire debent prima vice: secunda verò Generali deferendi; ut is deliberet, quid faciendum de hominibus, in re tanti momenti, Societati parùm fidelibus. i Sacerdotes etiam, qui has Regulas non servaverint, feriis monitionibus, & pœnitentiis primò coërcendi, &

i C. 6. D. 43. &
R. Coad. 5. &
In. 15. cap. 2.
§. post. 9. 1. & 2.

& aliquando præcepto Obedientiæ. Quod si locus, ubi Infirmæ jacent, ita angustus sit, ut non admittat Socium, dispiciat Superior, qui statim de hac re monendus, num illo redeundum sit, vel potiùs ea cura Parochis relinquenda. /

8. Præterea vetitum Nostris est, curam suscipere mulierum religiosarum, vel aliarum quarumcumque: ita ut illarum confessiones audiant, vel ipsas regant: neque ad id cogi possumus. Et sicubi opus fuerit, Summus Pontifex rogandus, ut hanc Constitutionem infringi minimè patiatur. Non repugnat tamen semel unius Monasterii confessiones audire, & aliquando apud eas concionari; quod tamen non fiet, nisi postulent, ii qui præsent. At non liceat ad Monialium ægotantium confessiones excipiendas intrare cœnobio.

l In 3. §. 7.

Interdicitur cura mulierum Religiosarum.

m P. 6. c. 3. §. 5. & Paul III.

p. 44. R. Præp. 47. & Rect.

68. & C. 7. D. 56. & C. 8. D.

11.

n P. 6. c. 3. §. 5. & Regulæ proximè citatæ.

o Or. c. 2. §. 11.

S E C T I O III.

De Obedientia.

1. **O**bedientia tum in executione, tum in voluntate, tum in intellectu debet esse in nobis omni ex parte perfecta. p Obedientia autem executionis tunc præstat, cum res iussa completur: voluntatis,

Triplex Obedientia Gradus, & ad summum enitendum est.

p P. 3. c. 1. §. 23. & P. 4. c.

10. §. 3. & P.

6. c. 1. §. 1. & Cl. c. 4. initio.